

„ utilitatem Canonorum tam præsentium , quam  
 „ futurorum ; in eamdem cum voluntate Primicerii  
 „ & Capituli ejusdem , vel majoris partis ipsius ,  
 „ aut ego solus , vel cum socio meo ; si primice-  
 „ rius & capitulum discrepaverint ; investiam , aut  
 „ expendam in possessione sine fraude .

„ Et aliquas literas non sigillabo cum sigillo Ca-  
 „ pituli sine voluntate majoris partis Capituli præ-  
 „ sentium in civitate Venetiarum ; videlicet , quæ  
 „ debeant transmitti ad Romanam Curiam , sive  
 „ ad aliquem judicem ordinarium , vel delegatum ,  
 „ nec illas , quæ sint contra aliquem confratrem  
 „ nostrum , sive quæ pertineant ad venditionem ,  
 „ obligationem , vel alienationem bonorum , sive  
 „ possessionum prædicti Capituli . Omnes vero alias  
 „ quæ ad comunitatem Capituli pertinebunt ; sci-  
 „ licet quæ tam ad Histriam , Clugiam , quam  
 „ Constantinopolim , vel ad alia loca similia debent  
 „ transmitti , cum opus fuerit oportunum sigillare  
 „ sigillabo si voluero , & literas pensionum simili-  
 „ ter sigillabo , vel faciam sigillari si voluero .

„ Et quod non mutuabo alicui de denariis co-  
 „ munitatis nisi de voluntate majoris partis fra-  
 „ trum numero .

„ Et quod Basilicani non possint de cætero am-  
 „ bo exire de terra , sed semper unus remaneat .  
 „ Hanc fiduciam fecerunt

„ Lazarus Bequa . = Nicolaus Cauco . = Pe-  
 „ trus Ruibolus . = Angelus Sejo . = Magister Phi-  
 „ lippus . = Dominicus Presbyter . = Marcus Si-  
 „ miteculo . = Michael Bonifacius . = Michael Ma-  
 „ rignon . = Pangracius Presbyter . = Dominicus  
 „ Mauro . = Thomas Franco . = Philippus Nava-

„ ger-